



Universitätsbibliothek Paderborn


**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Die 1. Circumcisio D. N. J. C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)



EXHORTATI- UNCULÆ CONSOLATORIÆ

Pro
omnibus totius anni
diebus Festivis.

J A N U A R I U S.

Festum Dolorosissimæ Cir-
cumcisionis D. N. J. C.

EXHORTATIUNCULA I.

Abiit unus, & annus rediit alter.
Pro præterito satisfaciamus,
quia peccavimus sæpius. Pro
præsenti imploremus novas
virtutes, & gratias, ut Deo eò ferven-
tiùs servire valeamus. Hæc omnia da-
bit vulneratus Jesus ! primam hodie
subiit

162 I. Januarii. Circumcisionis Domini.

subiit sanguinis effusionem. En! tanti
constitimus Christo.

Instructio meritoria.

Quoties audierit pronuntiari Nomen
Dulcissimum Jesu, toties detecto capite,
illud salutemus in corde dicendo : *Sicut*
Nomen Domini Benedictum &c. In ve-
nerationem verò hodiernæ solemnitatis
persolvat Litanias de hoc sacratissimo
Nomine, & quidem, si fieri potest, co-
ram præsepio. Hic vigilat amor!

II.

VOx sanguinis clamat ad nos! ô fili!
quæ vox illa? Jesu est, & quidem
Jesu circumcisi. Quid verò clamat?
fraternam charitatem, humilitatem, &
mutuam in adversis patientiam. Negabimur
id Fratri? Conservatori? Amato-
ri tanto?

Instructio meritoria.

Absit! citò ad Præsepe Domini, &
in testimonium compassionis fraternæ
Officium minus de Sanctissimo Nomine
magno pietatis sensu peragat. *Sanctum*
Sancta decent.

III.



III.

AH! quousque Dei descendit humilitas? hodie obedit Deus, seque subjicit legi, circumcisus ut homo. Fili! aut Deo parere debemus, aut cupiditatibus, vel dæmoni. Quid eligimus? humiliant capita nostra superba S. Bernardi verba: *Disce homo obedire, disce terra subdi, disce pulvis obtemperare.*

Instructio meritoria.

Annum præsentem inchoet ab imitacione & humilitate Jesu. Offeramus Circumcisum Rosarium Dolorosum cum Cursu Mariano, repetitò sæpius suspiriò: *Jesu sanguinolente! tuus sum in hunc annum, & omnem vitam. Suscipe me secundum eloquium tuum, & vivam: Et non confundas me.*

Festum S. Odilonis Abbatis ex Ord. S. P. Benedicti Consolatoris præcipui animarum in purgatorio.

EXHORTATIUNCULA I.

AUxiliò, & suffragiis indigent fides, & inter flamas purgatorii dolorosæ animæ. Harum annuam com-

memo-